



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Posteaq[ue] D. Eckius suam disputationem consumauerat ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

orsus eram scribere aduersus opinionem Carolostadij, noue  
runt causam, quam obrem quoū ceperam intermisericordiam, nec  
is ignorat causam, quī huius libelli fuit uel author uel instiga  
tor. Quia tales emittunt libellos plus quā famosos, sine loco ty  
pographi, authorisq; uero titulo. Nec famosos tñ, uerū etiā  
dissidiorū & heresum diſeminatores, etiā apud ethnicos pue  
niebanū capitū supplicio. Et quod apud illos erat capitale fa  
cetus nunc quorundā ludus est, quisib; uident̄ euāgelicā do  
ctrinā propugnatores. Habetis magnifici dñi animi mei sen  
tentia bona fide declaratā. Proindeū quis q̄b sceleratū illū li  
bellum imp̄egerit mihi nō poterit imputare, meo sum officio  
func̄us. Cæterū uest̄ & iustitiā fuerit curare, ne leuibus ac fa  
tuis impune sit ad istū modum ludere, cum periculotum uitae  
tum famæ alienæ non sine pernitie reip. Precor ut dñs ihesu  
bene fortunet qđ agitis dñi mei semper amplectēdi. Datuū  
Basileæ xvi. Kalen. Iulij. Anno. M. D. XXVI.

Vestræ amplitudinis deditissimus  
Eras. Roter, manu mea subscripti,

P Osteaq; D. Eckius suam disputationem consumauerat,  
atq; concluserat, iussu & admissione quatuor præsiden  
tum, surrexit D. Iohannes Fabri, multa in genere enumerās  
contradictionum falsitatum doctrinæ Zwinglii, quæ par  
tim illuc legebat manifeste, animoq; fuisset atq; proposito hęc  
cum Ulricho Zwingli coram & in facie conferendi, dispu  
tandi, quia uero non comparuisset, resignauit, & ad manus  
dedit duodecim nuntijs consulū Heluetiorū librum scriptum  
tres in partes ordinatū, in quibus quidem se ostensurū putau  
bat errores & falsitates Zwinglianæ doctrinæ, quem librum  
ut sic præsentarū, præsidentes acceperunt. Iuxtaq; certa posti  
catione se exhibuit, quo primū posset hæc sua in Zwinglii  
scripta, publica expressione disseminare, & hijs sic peractis,  
in causa cōclusit de Zwinglii prefugio, serio multa conque  
stus, quippe quod ex certa sacratum literarum uictoria obti  
mida

mida atq[ue] formidolosa auffugia Zwinglii retroactus esset, & suo frustratus proposito.

Tertio ex quatuor præsidentū cōcessione surrexit doctor Thomas Murner, allegans quid eum permouerit Vlrichum Zwingliū non solum in fide, sed & in fama inuadendi, quare nihil illic non scriptum tractare uellet, in sexternione publice ac manifeste legens suas conclusiones, quas contra Vlrichum Zwinglium ad ualunas ecclesiæ Badensis affixerat cum securitatis resignatione, nam ut dicitur neq[ue] nosset neq[ue] uellet cum quopiam in causa famæ cum securitate depugnare, & si Vlricho Zwinglio fatebatur se fauere uti sua securitate præstita, utq[ue] illi esset & auxilio & adiutorio. Idemq[ue] dōctor Murnerus corpus suum & uitam, famam, honores & bona in iudiciale sententiā & censurā nuntijs consulū duodecim cantonū Heluetiorū se obtulit & exhibuit. Ibi Vlrichū Zwingliū manifeste quadragesies famosum siue infamem exclaruit, ex quibusdā id allegatis cauissis, in quadraginta conclusiones contractis, iuxta earundem tenorē quas in sexternione præsidentibus ad manus præsentauit.

Post quæ præsidentibus supplicauit Vlrichum Zwingliū uocari, quod & strenuus ac ualidus dominus Iacobus Stapher eques auratus fecit, non solum Zwinglium uocans, sed & si quis suo affectu nomine, aut certe quis alter quicq[ue], qui eiusmodi doctoris Murneri conclusionibus contradicere uellet &c. Quiumq[ue] contra eum nemo exsurrexit neq[ue] respondisset, ad hæc præfatus doctor Murnerus cōclusit in suo negotio, sexternionem lectum præsidentibus presentans, diligentissimæ supplicatione, ubi in futurum necessarium ei esset, & exposcere testimoniū a nuntijs consulū duodecim cantonum præsentis comparitionis & totius negotij &c. Hijs se nuntijs consulū cōmendans in suo negotio conclusit. Sed supreme conquestus Zwingli profugam absentis ampliis verbis &c.

b ij